

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. II. Quo sine jejunandum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

*Et in  
liu  
majore  
Inventore  
Maliitio.*

superflua, ne quisquam forte hoc faciens Ecclesie consuetudine, cogitet apud eum, & dicat sibi ipsi, ut suggesterentem intrinsecus audiatur tentatorum: Quid facis, quia jejunas? defraudas animam tuam, non ei das, quod eam delectat, tibi ipsi ingeris panem, tuus igitur & cruciator existis, Deo ergo places, quia te crucias? Ergo crudelis es, qui delectatus panis tuis. Responde huiusmodi tentatori: Excusio me plana, ut ille parcat: do de me panas, ut ille subveniat, ut placeat oculis ejus, ut deleat suavitatem eus. Nam & vistima cruciatur, ut in uiram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali disuasio malo servo ventris responde per hanc similitudinem, & dic: Si jumento foris infidiles, si aqua uteris, qui te gefiendo posset precipitare, nomine ut securus iter ageres, cibaria ferocientis subtraberis, & fame domares, quem freno non posse? Caro mea jumentum meum est: iter ago in Hierusalem, plerumque me rapit, & de via conatur excludere: Via autem mea Christus est. Ita exultantem non cobibebbo jejunio? Si quis hoc sapit: etiam ipso experimento probat, quam utiliter jejunatur.

## CAPUT II.

## Quo fine jejunandum.

*Nom. 6. 10.  
1. 9. &  
1. 13.*

VOLVIT olim Deus, ut plebs Hebreorum aduersetur, non in progressu solum aduersus hostem, sed etiam diebus festis ad solenniores epulas & stipendiis festi iuora: Si exieritis ad bellum, inquit, de terra vestra contra hostes qui dimicant adversum vos, clangeris ultantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruaniini de manibus inimicorum vestrorum. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tuba super holocaustis & pacificis victimis, ut sint vobis in reordinationem Dei vestri. Cur, quæso, Deus tam tempore belli, quā pacis & epuli vult canere tubas? Hoc genus musicæ praelius est aptius quā triclinii & mensis. Martius cantus, & conviviorum odæ nimis sunt dispares.

Imò verò non sunt: nam cùm ad mensam, ad convivium, ad epulum itur, certamen nobis & pugna indicitur aduersus Gulam & Intemperantiam, perinde si moneamus his verbis: Tuum hic hostem invenies certò; vide virum te geras, dimices, vincas. Guia impera, substringe appetitiam, & vicisti. Ad hoc genus prælii quotidie bis tendimus: quot autem & quanti quotidie hic fauuntur, vincuntur, jugulantur, sternuntur, sub mensas corrunt, in hoc bello miserè perempti! Quā de re Ambrosius eruditus: Cum Iudeorum, inquit, cella vinaria esset petra, cum pellucidum Creticum aqua, cum peu opulentum depluens manna, uniformi cibo uebantur, nemo illorum egrotabat, fortissimas gentes debellabant: Vbi vesci carnis, simul etiam catervatim mori coeparent, adebat ut et tot centenis milibus duo tantummodo viri in terras uberes pervenerint. Ie. unius & abstinentiæ hostes tartareos vincimus, corporis & animi valitudinem servamus. Quinam autem à jejuniorum legibus sint eximi, capite superiori diximus. Nunc progedimur, & Quomodo jejunandum sit explicamus. Primum omnium, quod abstinentiam Deo gratam facit, est Bonæ Intentio. De quā hoc capite agemus.

## §. I.

*1. Iejunij  
caput: Re-  
fæ inten-  
sio in je-  
junio est te-  
quifita,  
Varia  
inten-  
sio in je-  
junio.*

Qvod in omni virtute locum principem tenet, id etiam in abstinentiæ primum sit. Finis bonus, recta Intentio. Hæc docet abstinenre ac jejunare, non ut oculis hominum, sed ut divinis placeamus; obedientiam Ecclesiæ debitam, copiosorem animi salutem, auctius cœli præmium, maiorem Dei gloriam spectemus. Varia prorsus & valde diversa jejunantium est Intentio. Placuit Theologis hanc Intentions varietatem metro, licet minus eleganti, comprehendere:

A abstinet æger, egens, cupidus, gula, simia, virtus. Hoc versu Intentiones complectimur, que aut malæ & jejunio adverse, aut certè tales, quæ virtuti abstinentiæ non sunt congrua. Explico succintè singulas.

1. Abstinet æger. Soli tuendæ aut recuperandæ valetudini. Licetum hoc & laudabile. Sed ideo tantum abstinere cibo, ut sanus sis, non est jejunium, sed Temperantia pars & ornamenti. Ad imperata tamen jejunia hæc intentio quantumvis bona non sufficit, si sit sola. Sed absit hinc ineruditam conscientiam metus, modò Intentio recta non studio excludatur. Exempli gratia: Apostoli Matthæi pervigilio rudimenta morbi tentiens ita statu: Hac nocte nil cibi & potus lababo ad morbum avertendum, alia certè cenaturus. Hac ratione non jejunio: Nam intentionem rectam excludo. Sed larijus Pervigilio Matthæi Apostoli ita ego mecum ratiocinor: Pejus me valere sentio, igitur hodie non cenabo. Nec incommodum; nam & jejunii vesper est. Ita fideliâ una parietes duos dealbos valetudini attendo, & quia etiam alias jejunias, legibus non contradico.

2. Abstinet egens. Sed huic inediâ persuader inopia; quod edat, non habet, alijs liberaliter cenaturus. Sed & hic homo facilimè juvari potest, modò intentionem aliquantulum emendet, dicatque: Paupertas quidem vacuam mihi mensam apponit, sed eti opulentis esse, hoc tamen esuriâl vespere non cœnare. Optimè prorsus, optimè. Nam ita commendat jejunium patientia. Felix necessitas, quæ compellit ad meliora. Tanti est Intentio recta. Intentio facit omnia.

3. Abstinet cupidus, ob tenacitatem & avaritiam; ut pauculis festis aut yni sextario compareat, famem suumque re suâ fraudat. Hic cum Älopica vulpe proutuntiem: O pulchrum caput, si cerebro non careret! ò bonum jejunium, si recta intentio non desesse. Sunt qui arc alieno ita se involvant, ut ab aliquo mutuum accipiant, ut alteri, qui mutuum concessit, reddant. Vestem novam lacerant, ut laceratam sarciant. Hoc quidem est versuram facere. Ita jejunium intentionis bonæ, ac sincerum, vita & diabolum arret; jejunium ex avaritia suscepit vitii & diabolo risum mover. Ergo abstinet æger, egens, cupidus. Sed corum abstinentia non proinde semper laudanda.

## §. II.

4. Abstinet gula. Monstrum. Est qui parcissimè cœnet, quid ita quoquo, ceteroqui non passer. gula. culis edendo? Eni caussam: Crastinae dici lautissimum præter prandium: ideo differt tamè. Sed excusus istud, si apud se ita statuat: Crastina indisti convivii hilaritas, sat scio, cibum potumque largiorum ingeret, plusculum ultrâ quā soleam admisimus sum Bromii; igitur hodie tanto abstinentior ero. Non absurdè hoc aut male. Sed illud infame ac turpe certæ nationi (parco nomini) in quā reperias, qui biduum triduumve comedant parcissime, ut in proximo convvio epularum vinique quamplurimi cœpiant pransuri de alieno. His verè abstinet Gula, quæ tantò modestius edit, ut tantò voret effusus. O ridiculi, & ô fatui mortales, cenan magiam æternam in celo expetantibus, hodierna vel crastina illam aditumsumus, cur ergo famem non etiam differimus? Quid septuaginta vel octoginta vite anni sunt? breve prandiolum. Post hoc cena sequitur longa, cena magna, cena æterna. At nos plerumque in ponendo vite calculo erramus: dies numeramus & annos prolixâ spei. Hic nostri calculus est: Annus primus, annus secundus, annus tertius, vicefimus, quadragesimus, septuagesimus annus. Amplius, ut putamus, vite spatium, longa series annorum. O infantes boni! quid obsecro longum est, quod æternum non est? Omnis vita no-

stra linea simillima. In linea etiam minimâ & vix visibili, infinita tantum sunt puncta, ut Mathesis docet, & ipsa linea puncto clauditur. Punctum, ens pene nullum, punctorum numerus maximo major: ita vita nostra quantumvis multos annos numerat, denum punctulo finitur, & totum hoc prolixum, ut videatur, spatum, in unicum confluit horum minutum, in punctulum unicum. Quid grandes distractus spiritus, & cenas anhelamus Saliates, Pontifices? Omnis vita prandiorum est brevissimum: consequitur, sed magna, sed numquam finienda. Pergo:

**s. Abstinet 15. Abstinet simia.** hoc est, Vana gloria. Hanc jejuniū labem Christus præ omnibus exterminans: *Cum jejunio natis, inquit, nolite fieri sicut hypocrite.* Cavete, ne oculos humanos ad vestram esuriam mensulam trahatis, ut inde vos suspiciant & laudeant. Cavete hanc abstinentiæ, omniumque virtutum postem. Abstinet simia, & famam patitur hypocrita, ne putetur minus

**Matth. c. 6. v. 16.** aliis religiosis. Apud hanc simia abstinentiam, virtuosa, mutua, nulla est. Megeræ ac Cerbero jejunari, qui jejunat Vana gloria. Cur Christus, obsecro, jejunavit in deserto? Iejunium tam cauim non Servatori, sed nostra instructioni erat necessarium; quasi diceret Christus: Si fieri potest, solitudo jejuniū vestrum arbitratur. Non opus habet spectatoribus; non opus arbitris humanis oculis. Videant Angeli, videat Deus; satis est, abunde satis. Deus in eis est oculus, qui cum videt jejunantem, plus est quam si eam centum millia oculorum videant, decies centena milia linguarum laudent. Animæ vox est fidelissimæ: *Videbas meus mihi, & ego illi. Ego Deum respicio, & Deus me;* ita optimè res utrumque geritur. Nec tam opus est, cum jejunamus, humanos oculos ita fugere, ut illos veluti Medusa clypeum horreatus. Videant illi nos jejunantes, sed glorificant, non nos, sed patrem nostrum qui in cælis est. Ita simus nihil nobis negotii faciesset.

**Iejunium Christi in deserto instructioni fuit necessarium.**

**Cant. c. 2. v. 16.** **III.**

**R**es gestæ prisorum Patrum memorant senem religiosum in cramo interregatum à juvente. Qui fit, mi Pater, jejunia in cenobio mihi tam faciliter vila, nunc porrò difficillima, intolerabilia videri. Sex humanæ vanitatis non ignarus, & quam potens esset inanis gloria. Fili, ait, cum putares te jejunare, revera non jejunabas; nam oculi pastus es. Nullo modo, ait, juvenis, & quæso ne istud, Pater, de me cogites. Cui senex iterum: Vana gloria, inquit, pabulum occultum, suave, sed fallacissimum & letale: *Hoc tuum facit, non sanctum;* & isto tu quidem pastus es, cum in cenobio ageres. Spectatores habuisti, & ideo facile jejunasti. Cum deest jejunanti spectator, deficit & jejundi studium. Abstinentia simile maligna, nullius pretii, noxia est.

**Alii aliter hoc narrati:** Codex. Gregorio panes hordeaceos, sed crusca obducos. Gregorius Tuvorensis de hoc viro plurimas.

**I**deo Gregorius Lingtonensis Antistes, qui carne pejus & angue simiam hanc oderat, hordeaceum quidem panem solitus est edere, ad gulam affligendam; ne tamen ea res applacium haberet, & laudem, tamquam in seipsum sancte rigidus sit, panes sibi triticos, egenis hordeaceos pinii iussit; sed ea partitionis industria est usus, ut in pauperes quidem dividenter triticei, sibi autem hordeacei remanerent. Cujus arcani solus pistor fuit conscius. Hic idem Præsul, ut simiam enecaret, aquæ, quam semper biberat, non plus vini affundere, consuevit, quam ut ea colorem quidem referret, certe quo nihil haberet vini, potus ingratissimus. Obiit vir iste sanctissimus, nonagenarius, anno Christi anno quingentesimo trigesimo, triginta trium annorum Episcopus. Huic virtutis supparem adstituo memoria recentis, & nostri ævi prefulcem.

**Olim Dei spiritus in** Ioannes Godefridus Bambergensis & Würzbur-

A genis Antistes, qui anno millesimo sexcentesimo vi- gesimo secundo in Electorum comitiis Ratisbone obiit, simiam illam insigniter triumphare noverat. An- te Christi natalem toto Adventus sacri tempore carnibus abstinuit. Quadragesimâ totâ non solùm carne, sed & pisce, omniq[ue] alio animante mensæ sua interdixit, solis cicere, rapis, oleore contentissimus. A primâ pueritiae omni Veneris & Sabbati die in Christi pa- tientis & Virginis puerperæ honorem jenavite. Episcopus in anno totis diebus extra papem & aquam nil penitus libavit: jam iphi in legem erat diem sanctum Paracœves buccellâ panis & aquæ austulo traduce- re. Atque hæc fecit, quantum licuit, sine arbitrio. In Divorum per vigilias tam testâ sanctimoniam jenavite, ut mensam more solito accumberet tamquam cenan- turus, hilaris ac latus cum assidentibus colloqueretur, partes à carpo acciperet, eas tamen subito cum min- nis observaret, famulo, adstanti redderet, & ita laute ac splendide effurebat, quod nemo facile nisi at- tentissimum notabat. Hinc Godefridus castitatis miraculum, homines libidinosos, ut ipsum cæcodæmonem odit ac fugit. Sed istud hic non peragimus. Huc peri- net illustrè artificium, quo tantus princeps Gulam simul & Simiam insignissime ludificavit, sobrios simul & modestus. Videbit volunt sed à solo Deo. Divinus il- li oculus pro mortalium omnium oculis fuit. Hæc ego & dupli publicaque funebri oratione recito.

Ergo abstinet æger, egens, cupidus, gulâ, simia. Quæ pleraque omnis malæ notæ abstinentia est. Sed abstinet, denum & virtus, quæ sancto fine, bona recta que intentione init jejuniū, dicitur: *Omnia ad ma- jorem Dei gloriam:* ergo etiam & istud. In quem finem. sepius cogitandum illud Augustini: *Natura sine jejunio vicit diabolum.* Quod Petrus Chrysologus confirmans: *Sicutus, inquit, jejuniū esse Dei arcem, Christi capra, mul- rum spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum.* Hoc Adam servavit in paradiſo, quando destruxit gula. Hoc in arcu dedit Noë, mundum ebrietatem cum demer- fit. Per hoc locis Sodomitum restinxit incedium, qui per ebrietatem incesti est adustus incendio. Hoc Moses divini ser- vorum fecit, lumine perlaceare, quando concessit & ebrietate Israëlitum populum simulariorum tenebravit erroribus. Hoc Eliam pervexit ad celum, quando Achab impium ebrietatis ad inferna decessit. Hoc Ioannem in aere mulierum fecit esse ma- jorem, quando temulentia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidiam. Caro dæmonem vñhere recu- sat, qui jejuniū instituere detinet.

Humanæ gentis vitium Curiositas tam potenter que vult persuader, ut homo curiosior ad hominem aut insigniter charum, aut singulariter celebrem vi- dendum, mira facere vel pati paratus sit. Si quis Apo- stolos, Christi discipulos, præcepit Petrum & Paulum, si quatuor Latinos, & Græcos quatuor Ecclesiæ Doctores, si omnes ordine Pontifices, si Romanos Cesares omnes, quales vixerunt, tales intueri coram posset, mensa aut anno etiam uno non ægrè jejunaret. Ut Deum videamus, in quo homines universi vñfiri sumus. quid facimus? Beati, qui nunc esuritis, quia saturabitimini, æternitatis spectaculo amoenissimo, in- finito.

### CAPUT III.

*Quomodo reipsa jejuniū inveniunt.*

**S**APIENS Hebreus Siracides inter rudimenta Ecclesiæ inquit, necessarie rei vita hominum aqua, igni, & ferrum, sal, lac, & pane, &c. A jejuniū humanæ vita Ihesus, & in eo definit: panis & aqua: jejunium mensa. Omnes quidem animantes suum sibi pabulum habent, bos

ferum